

scripto notum facimus et testamur. Quod venerabilis in christo pater dominus Opizo dei gratia Cannensis episcopus consciens in nos predictos Iudicem et notarium et testes subscriptos tamquam in suos sciens nos suos Iudicem notarium et testes ex certa scientia suos non esse stante se pro advocate me predicto Iudice in tota huius scripti continentia causa Ecclesiastice dignitatis locavit ad formam seu ad fictum dedit Vitali Bonello duas partes pro indiviso et Riccardo Bartholomei de notario gregorio de Barolo Reliquam terciam partem similiter pro Indiviso et eorum heredibus unius peccie terre sui episcopatus in qua est paleare discopertum et cripta subsistens loco et finibus designatis tenendum laborandum per eos et eorum heredes et per alios quos voluerint usque ad quinque annos computandos a festo Sante Marie de augusto proximo preterito undecime Indictionis in antea pro salmis boni frumenti viginti quinque ad generalem salmam pro toto dicto quinquiennio dandis et assignandis eidem Episcopo *etc.* videlicet duabus partibus dictae quantitatis frumenti per eundem Vitalem *etc.* et reliqua tertia parte per dominum Riccardum sive seminetur dicta pecia terre sive non, etiam si anni steriles essent quacumque pestilentia vel causa videlicet in Barolo ubi dominus Episcopus vel eius successores venient in quolibet videlicet festo Sante Marie de Augusto. *etc.* singula si non impleverint predicti Vitalis et Riccardus cadant a iure dictae locationis et ipso facto penam incurvant quatuor unciarum auri duarum videlicet solvendarum curie et duarum dictae Ecclesie *etc.* quod predicti vitalis et Riccardus teneantur de eorum sumptibus duas lapides signare et signari facere signo consueto imponi in titulis peccie terre predicte videlicet signo mitre imponi in dicta peccia terre usque per totum mensem Ma-
dii proximo venturi *etc.* Est autem predicta peccia terre in pertinentiis Baroli olim Cannarum a tribus partibus Iuxta terram templi et Iuxta terram domus Sante Marie